Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



fidei omnib: gentibus pnomen eius. In quibus estis et vos
vocati ihu xpi dni. Secundu matheum.
Cum esset desponsata mater ihu Maria ioseph: ante
quam convenirent inventa est in utero habens de spu scto.
Ioseph autem vir eius cum esset iustus et nollet eam tra-
dere: voluit occulte dimittere eam. Hec autem eo cogita-
nte: ecce angelus dni apparuit ei in somnis dicens. Ioseph fili
dauid noli timere accipere mariam coniugem tuam. Quod en
in ea natum est de spiritu scto est. Pariet autem filium: et vo-
cabis nomen eius ihesum. Ipse enim salvum faciet plm suum
a peccatis eorum. In galli cantu. leo ysaie ppha
Hec dicit dns: Populus gentium qui ambulabat in te-
nebris: vidit lucem magnam. Habitantib: in regione
umbre mortis: lux orta est eis. Puerulus enim natus
est nobis et filius datus est nobis. Et factus est principa-
tus super humerum eius: et vocabitur nomen eius admi-
rabilis: consiliarius: deus fortis: pater futuri seculi:
princeps pacis. Multiplicabitur eius imperium: et pacis
non erit finis. Super solium dauid et super regnum eius
sedebit: ut confirmet illud et corroboret in iudicio et iu-
stitia. amodo et usq: in sempiternum. Ad Tytum.
Karissime. Apparuit gratia dei salvatoris nri omnib:
hominib: erudiens nos ut abnegantes impie-
tatem et secularia desideria sobrie et iuste et pie vi-
vamus in hoc seculo expectantes beatam spem. et adven-
tum glorie magni dei et salvatoris nri ihu xpi. Qui
dedit semetipsum pro nobis ut nos redimeret ab omni iniqui-
tate et mundaret sibi plm acceptabilem sectatorem
bonorum operum. Hec loquere et exhortare in xpo ihu